

Diacono in necessitate, vt sollemniter ministret Sacramentum Eucharistię, cum tamen ex officio conueniat Sacerdoti: poterit ergo, etiã concedi vt sollemniter Baptizet, quando esset necessitas, licet nõ extrema. Hęc ille. Et infert. Ex istis sequit̃, q̃ in Nouo Orbe vbi Baptizãdorũ innumera, erat multitudo, & Sacerdotũ erat exiguus numerus. Si affuissent Diaconos, poterat eis cõmitti sollemniter Baptizare, vt docet Soro: etiã si Ledesma in suo 4. q. 8. art. 1. id neget fieri posse, sicut & Beatus Laurentium Baptizasse fertur per commissionem à superiore factam, ob vrgentem necessitatem. Episcopus Ioseph Angles in suis Sermonibus. 4. Sē. q. 3. de Ministro Baptismi, art. 1. conc. 2. dicit, q̃ Diaconibus conuenit sollemniter Baptizare, vel in absentia presbyteri, necessitate imminēte: vel ex eiusdē presbyteri commissione, vt definitur a Gelasio Papa, Canone, Diacones. 93. dist. vbi glosa id expresse docet. Ex quibus patet dubij resolutio.

¶ Et obiter aduertatur ex prædicto Magistro vbi supra, q̃ sicut ex officio nõ incūbit Diacono Baptizare, ita neq; incūbit prædicare seu Euangelizare, id est, exponere aut interpretari Euangelium: illud autem quod in